400

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quarta Ante Festum Sancti Matthiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Octavo.

1628
23/II

Buchowscy Palatinae Wolhiniae Roborat

Comparentes personaliter coram officio Actibusque praesentibus Castren. Capitan.
Praemisliens. Generosi Adamus Pater et Georgius filius Buchowscy
de Rybotycze sani mentibus et corporibus existentes a Iuribus distri-
ctibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus
recedentes huic autem iurisdictioni officii praesentis Castren. Praemisliens.
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes atque subiicientes pa-
lam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipso-
rum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum ha-
bitis et habendis Illustri et Magnificae Annae a Stemberg olim Illustris et Ma-
gnifici Alexandri Ducis ab Ostrog Pallatini Wolhiniae consorti relic-
tae eiusque posteris inscribunt et obligant praesentibus intercisam cer-
tam inter se recognoscentes et praefatam Pallatinam Wolhiniae ratione certarum
rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de Actu et data
in Jaroslaw die vigesima prima Februarii anno praesenti confectam
manibus eorundem contrahentium subscriptam et sigillatam vadioque Triummilli-
um florenorum polonicalium firmatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae
conditionibus punctis clausulis articulis ligamentibus et nexibus generaliter

Universis

universis tam in toto quam in parte suo pro interesse tenere complere exequi ac invio- 409
labiliter observare eidemque intercisae ac omnibus illius contentis toties quo-
ties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem prae-
sentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto re-
ferendo. Idque sub vadio Trium millium floren. pecun. polon. per praefatos
recognoscentes Generosos Adamum et Georgium Buchowskie et ipsorum successores
praefatae Illustri et Magnificae Annae a Stemberg Pallatinae Wolhiniae et eius
successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentes.
Insuper praefati recognoscentes Generosi Adamus et Georgius Buchowscy
praenominatae Illustri et Magnificae Annae a Stemberg Pallatinae Wolhiniae
eiusque posteris (posteris) se suosque successores in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis inscribunt
et obligant praesentibus inscriptionem praesentem Castren. ex his Actis Ca-
strensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Praemisliens.
ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim trans-
ferre et transportare. Idque sub vadio similis summae Triummillium
florenorum pecun. polon. per praefatos recognoscentes Generosos Adamum Patrem
et Georgium filium Buchowskie et ipsorum successores praenominatae Illu-
stri et Magnificae Annae a Stemberg Pallatinae Wolhiniae et ipsius posteris
ob non transportationem inscriptionis praesentis tempore et loco supra
expressis ad solvendum succumbentes. Pro quibus quidem vadio vel va-
diis modo praemisso sic solvendis succubitis ac pro se aliqua inscripti
non completa complendisque praemissis citati existentes memorati re-
cognoscentes Generosi Adamus et Georgius Buchowscy ad instantiam

Illustris et Magnifica Anna a Stemberg Pallatina Volhiniae aut eius suc-
cessorum Ad officium Praesens Castren. Capitan. Premislien. ex tunc re-
cessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere ... vadia
Praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debe-
bunt ac tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat e-
undem terminum primum peremptorium terminum et alios omnes consequen-
tes Eiusdem Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Quictrem [?] vel aliis quibusuis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem obtinendam [?] pro-
ximos terminos officii Praefati Castren. Premislien. dillationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo
Praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibusque suspen-
sionibus fatalibus iuris Praescriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis om-
nibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua Praesenti in-
scriptione ad Praemissa omnia mediante.

Zgorzelski Abbatissae Conventus Iaroslauiensis Recognition. Roborat.

Comparens personaliter coram officio Actisque Praesentibusque Castren. Capitan.
Premislien. Generosus Stanislaus Zgorzelski sanus mente et corpore
existens a Terrestris districtibusque iuribusque iurisdictionibusque suis quibusuis
Propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren. Premi-
sliensi quoad actum Praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publiceque ac per expressum recognouit. Quia

ipse se

ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibusque ac sum-
mis pecuniariis habitis et habendis Religiosae ac Deo dicatae Anna a Stem-
berg Kostczanka Abbatissa Conventus Iaroslauiensis ac eius po-
steritati inscribit et obligat praesentem recognitionem seu scriptum certi
tenoris Religiosae ac Deo dicatae Anna a Stemberg Kostczanka
ratione certarum rerum et conditionum in ea recognitione contentarum
datae ipsis seruien. de actu et data in Iaroslaw ipso die Festi Sancti
Valentini Martyris proxime Praeteriti confectae manu sui regnitio [?] subscriptae
et sigillatae vadioque Duorum millium et ducentorum florenorum polon. fir-
matae in omnibus et singulis eiusque recognitionis conditionibus
punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus generaliter
universis tam in toto quam in parte tenere complere exequi ac in-
violabiliter obseruare eidemque recognitioni et omnibus illius con-
tentis satisfacere praefatam recognitionem ad Praesentem inscriptionem
et inscriptionem Praesentem ad Praedictam recognitionem vicissim in toto refe-
rendo. Idque sub vadio Duorum millium et ducentorum florenorum polon.
per Praefatum Generosum Stanislaum Zgorzelski et eius successores prae-
nominatae Religiosae ac Deo dicatae Annae a Stemberg Kostczanka
Abbatissae Conventus Iaroslauien. et ipsius posteris ob non complectione
Praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Insuper Praefatus re-
cognoscens Generosus Stanislaus Zgorzelski se ac suos succes-
sores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecu-
niariis habitis et habendis praenominatae Religiosae ac Deo de-